BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 44v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



et sacramentorū caelestiū perceptionē geritur.
nequaquā ab inuicē diuersum. sed pari et
indissimili habent omnes ueritatis gratia cone
xum. Terminum quoq: uitae temporalis
cuncti unius eiusdemq; spei habemus cestitudi
ne communē. Cū ita oculos in morte claudi
mus. ut p̄cepto prius uiatico mysterio caelesti
citius nos in uera inueniendos uita. atq; in hac
p̄ peruo mansuros esse confidamus. Congruit
huic loco qd̄ in libro numerorū praecipitur filiis
israhel. ut faciant sibi fimbrias p̄ angulos pal
liorum. ponentes in eis uittas hyacinthinas.
filii quippe israhel in palliorum angulis fim
brias et uittas habent hyacinthinas. cū electi
quiq; et qui dn̄m uidere desiderant. ita operib;
sē iustitiae induere laborant. ut horum finem
non in laude mortaliū ponant. Ne forte dica
tur de eis quia receperunt mercedē suam.
sed in eis potius interni arbitris oculos. et pre
mia requirant aeterna. Unde et ibi proti
nus exponendo subiungitur. quas cum uide
rint recordentur omniū mandatorum dn̄i.
Ne sequantur cogitationes suas et oculos per
res uarias fornicantes. quibus uerbis et nob